

imm. et hostiae litationem inspexer.; perfecto sacrific[*ici*]o omnes ture et vino fecerunt. Deinde | reversi in aedem in mensa sacrum fecerunt o[*ll*]is¹⁸ et ante aedem in cespite promag. et flam. sacr. fecer.; | item foras ad aram reversi thesauros dederunt, item flam. et promag. scyfos arg. cum sumpuis | vino repletis ante osteum acerras¹⁹ ture et vino fecer. et ante osteum restite[r.] et duo ad fruges petendas | cum publicos (*sic*) desciderunt et reversi dextra dederunt laeva receperunt, deinde ab²⁰ alterutrum sibi redd. | et public.²¹ frug. tradider. Deinde in aedem intraver. et ollas precati sunt²² et osteis apertis per clivum iacta|verunt²³, deinde subsellis marmoreis consed. et panes laureat. per public. partiti sunt; ibe omn. lumemulia²⁴ | cum rapinis acceperunt et deas unguentaverunt et aedes clusa e.²⁵; omnes foris exierunt; ibi sacerdotes | clusi succincti libellis acceptis carmen descendentes tripodaverunt in verba haec:

enos Lases iuvate²⁶ |

[*e*]nos Lases iuvate!

enos Lases iuvate!

neve luae rue Marma sins incurrere in pleores!

neve lue rue Marmar | [*si*]ns incurrere in pleoris!

neve lue rue Marmar sers incurrere in pleoris!

satur furere Mars limen | [*sal*]i sta berber

satur fu fere Mars limen sali sta berber

satur fu fere Mars limen sa[*l*]i s[*t*]a²⁷ berber. |

[*Sem*]unis alternei advocapit conctos;

Semunis alternei advocapit conctos;

Simunis altern[*ei*]²⁸ advocapit | [*concl*]os.

enos Marmor iuvato!

enos Marmor iuvato!

enos Mamor iuvato!

triumpe triumpe triumpe trium|[*pe tri*]umpe.

Post tripodationem deinde signo dato publici introier. et libellos receperunt.²⁹

Ex tabula marmorea, sola inter has tabulas utrimque scripta (cf. not. 20), quae continebat acta anni 248, rep. anno 1778 cum fundamenta iacerentur secretarii basilicae S. Petri, extat ibidem in ambulacro (VI 2404; Henzen act. p. CCII seq.). — 1) Dies primus sacri deae Diae. — 2) Cf. N. 5038 not. 3. — 3) Fortasse filius eius qui supra N. 367, ipse legatus Arabiae teste titulo Geraseno Zeitschr. d. Palaestina-Vereins 1893 p. 443. — 4) Cf. Oldenberg de sacris fratr. Arval. [Berol. 1875] p. 9 seq. — 5) Ture vino fecerunt. — 6) Sic videtur supplendum esse collato fragmento sedis incertae edito Eph. ep. 8 p. 337; [pulg]menta antea suppleverat Henzen. — 7) Non intellegitur (rursus? Marin.). — 8) Sacerdotes hi imperatoris Augusti praeterea ignoti; cf. Henzen comm. p. 47. — 9) Qui supra scripti sunt. — 10) Rosam solutam. — 11) Felicia. — 12) Dies secundus sacri deae Diae. — 13) De porciliis cf. Henzen p. 22. — 14) Immolavit. — 15) Consedit. — 16) Vaccinam. — 17) Reddidit. — 18) otiis lapis. Cf. not. 22. — 19) Et acerras ferentes. — 20) Scr. ad. — 21) Publi-